Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ezechiel

tabitur. et homo in oculis uite sue
non obtinebit. Clamate tuba pare
tur omnes. et non est qui uadat ad
prelium. Ira enim mea uenet su
per plebem eius vnicum. Gladius
deforis. pestis et fames in medio eius
Qui in agro est gladio morietur. et
qui in ciuitate pestilencia et fame de
uorabuntur. et saluabuntur qui fu
gerint ex eis. et erunt in montibus
quasi columbe conuallium omnes
trepidi vnusquisque in iniquitate sua
Omnes manus dissoluentur. et om
ne genua fluent aquis. et accinge
te cilicio. et operiet eos formido. et in
omni facie confusio. et in vniuersis
capitibus eorum calicium. Aures eu
rum eorum foris proiicietur. et aurum
eorum non valebit liberare illos eos
in die ire furoris domini. Animam
suam non saturabunt. et uentres eo
rum non implebuntur quia scandala
lum iniquitatis eorum factum est. et or
namenta monilium suorum in sup
biam posuerunt. et ymagines abho
minacionum suarum et simulachro
rum suorum fecerunt ea. Propter hoc
dedi eis illud in immundiciam. et dabo
illud in manus alienorum ad diri
piendum. et impios terre in predam.
et contaminabunt illud. Et auertam
faciem meam ab eis. et violabunt
archanum meum. et introibunt in
illud et conspurcabitur illud
Facam conclusionem quia terra ple
na est iudicio sanguinum. et ciuitas
plena est iniquitatem. et adducam
pessimos gentibus. et possidebunt
domos eorum. et quiescere faciam
superbiam potentium. et possidebunt
sanctuaria eorum. angustia superueni
re requirent pacem. et non erit. Contur
bacio super conturbacionem uenet. et
auditus super auditum. et querent
visionem de prophetia. et non erit. et per
ibit. et consilium a sapientibus.
Per luxebit. et princeps induetur
merore. et manus populi terre conturbabi
buntur. secundum viam eorum fa
ciam eis. et secundum iudicia eorum
iudicabo eos. et scient quia ego dom.

Factum est in anno vi. in vi. mense
in quinta mensis. ego sede
bam in domo mea. et senes iuda sede
bant coram me. Et cecidit super me
ibi manus domini dei. et iudi. et ecce
similitudo quasi aspectus ignis ab
aspectu lumborum eius. et deorsum
erat ignis. et a lumbis eius. et sursum
quasi aspectus splendoris. ut visio
electri. et emissa multitudo manus
apprehendit me in cinciuno capitis
mei. et eleuauit me spiritus inter ce
lum. et terram. et adduxit me in hie
rusalem in visione dei. iuxta ostium
interius quod respiciebat ad aquilo
nem ubi erat statutum ydolum zeli
ad prouocandam emulacionem. Et
ecce ibi gloria dei israel secundum vi
sionem quam videram in campo.
Et dixit ad me. fili hominis leua
oculos tuos aduiam aquilonis. et e
leuaui oculos meos ad viam aquilo
nis. et ecce ab aquilone porte altaris
ydolum zeli in ipso introitu. Et dixit